



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 84. Martinus V. Papa in Ecclesia Cathedrali Constantiæ inauguratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

ei agens, quod tanto zelo hucusque unionem Ecclesiae promoverit.

Sæcul. XV.
A.C. 1417.

§. LXXXIV.

Papa in Ecclesia Cathedrali inauguratus.

Post meridiem Papa in Ecclesia Cathedrali solemniter ad Pontificium solium evehitur, præsentibus Imperatore, tota Nobilium corona, universo Clero tam primi, quam secundi Ordinis, Magistratibus, Canonicis, diversis collegiis, & urbis Constantiensis Primoribus. Univerfa Synodus solemniter obviam ibat Pontifici, eum ad Cathedrali deductura Ecclesiam. Prodiit ille e conclavi cum suis Electoribus albo equo rubris phaleris ornato vectus, cujus frænum Imperator a dextris, & Elector Brandenburgicus a sinistris tenebant. Ubi Papa ingressus est Ecclesiam, a Cardinalibus super Altare majus elevatus est, ut solemniter ritum Papatus sui possessionem acciperet, quod & factum est sub festivis omnium acclamationibus, & decantato Hymno: *Te Deum &c.*

*Labbe Conc.
to. 12. p. 252.*

§. LXXXV.

Martinus Diaconi, Presbyteri, & Episcopi sacris initiatus.

Postera die duodecima Novembris, ut affirmant testes oculati, Dacherius, &

*Reichental
fol. 29.*

Z 4

&